a ¶ Pro infamia· que etiam ſine culpa cōtrahitur· vi· q· i· §· verum·
b ¶ Mūdicie· vt in illo qui cōtraxit cū ancilla· xxxiiij· di· ſi quis viduā
c ¶ Iſtud ſolū· ſ· ordinem cōſecra· et quali· ordi· lras· d ¶ Quale· ex· de pben· graue·
S I qui epi· talem· ex· de pben· graue·
f ¶ Aliquo modo· diſpenſatiue· ſ· cum punitur aliquis in eo in quo deliquit· Increpacōne· vt· di· xlv· cū beatus· Itē in ſcietie recognicōne· vt· xvi· q· i· reūtimini· Itē in poteſtate ligādi vel ſoluendi· xxiiij· q· iij· de illicita Item i priuilegio vt· xi· q· iij· qui priuilegij· Itē in ordinis collatione· vt· c· preſenti· ſi q̄ epi· Item in hono ris oblatione· vt di· xcix· null⁹· Itē in armoꝝ retētione· vt ꝫ· q· vij· c· i·
g ¶ Ordina h· cōmis· s· di· l· ex penitentibus· contra· s· di· xxxvi· qui ecclaſticis· cōt· s· di· lv· null⁹· s· di· li· c· i· ibi de hijs qui ex ptinacia cōtra canones ordināt tales· hic de illis qui ex ſola negligentia faciunt intelligitur· ar· ij· q· i· in pmis· v· de epi· cōtra· nō ē cōtra· ex· ꝺ tēp· ordi· lras· q: non indignū ibi· ſed indigne ordinauit· alias ſp h̄ ē veritas q qui promouet indignum caſum meretur· vt· l· di· ex penitentib⁹· ⁊ ar· h̄ ibi euaſerunt· ita tñ ſi ſcienter h̄ facit· et ille ſit in notorio crimine· aliter non poſſet eū repellere ab ordine ſuſcipiēdo ex· de tēp· ord· ex tenore· vel dic q variē ſunt pene· ho die mitius agitur ex de pben· graue·
h ¶ Nec illi· ha· dicit q illū eūdem ordinē nō pt cōferre ſed minorē vel maiorē bñ· ar· ex· de tēp· ordi· lras· q: h̄ pena ē· et ideo nō dȝ amplius extēdi q̄ repiatur ꝺ licitū· h· cōtra dicit q h̄ dēo illi facit ſimplicē ſlacōem

eſt ordo legitimus· aliud ē vſurpatio· ¶ Ergo aliquis alio tēpore ab eo qui honoſo fit ſimilis ordinatus ceſſabit ab adminiſtracōne q̄ p neccītate illi⁹ tpis fuit pmiſſa ¶ Itē pmocōe vt ait leo· Qui ab hereticis redeunt ſine ſpe pmotionis in ſuis ordinibus accipi poſſunt· Ru·

S I quis heretice cōtionis cōtagione ſe maculauerit hoc in magno bñficio habeat ſi adempta omni ſpe pmotionis in quo inuenitur ordine pmaneat· ¶ Ecce ſi clericus vel in ordinacōne vel quolibȝ ſacro hereticis cōmunicat ceſſans a pmocōne vix in ſuo ordine pſeuerat· Non eſt enim ꝺ hoc ſacro vt ꝺ ceteris· cetera eñ vel ad culpas abluendas dantur vt baptiſmus ⁊ penitentia ·vel p culpis nō in eternū ſed ad horam negantur· vt eucariſtia que in articulo mortis penitēti etiā de nephariis pctīs cōceditur· hoc nō ſolum p culpa ſed etiā p infamia interdicitur· etiā p immutata mūdicie ſue vel extrinſece vel intrinſece pfectōnis progatiua vt bigamis vel vidue maritis ·vel illatis vel corpis q̄libet pte viciatis denegat· quib⁹ tamē baptiſmus vel eucariſtia nō negatur· poteſt etiā talis alia ſacra ſacerdotaliter adminiſtrare qui iſtud ſolū nō valet cōferre· ¶ Vñ leo ait De epiſcopis qui conſecrant talē ſacerdotē qualē eſſe nō lȝ

S I qui epi talem cōſecrauerint ſacerdotē qualem eſſe nō liceat etiā ſi aliquo mō damnū ppriȷ honoris euaſerint· ordinationis tñ ius vlterius non habebūt· nec illi vnq̄ ſacro intererūt qð immerito pſtiterūt· ¶ Ecce cū honoris piculū euadāt· vt cetera ſacramenta ſacerdotaliter adminiſtrare permittantur· ab h̄ ſolo non mō p heresi vel qualibet minori culpa· ſed etiā p negligentia remouētur

In quibus omīb⁹ ſollicite notādū eſt q ſacrm̄ ſacerdotalis pmotionis pre ceteris omīb⁹ magis accurate et digne dādū vel accipiendū eſt· quia niſi ita collatū fuerit eo ꝺ finet eſſe ratū quo nō fuerit rite pfectum· ¶ Cetera eñ ſacra vnicuiq̄ ꝓpter ſe datur· que ⁊ vnicuiq̄ tñia ſunt quali corde vel cōſcientia accipiūtur· iſtud ſolū nō ꝓpter ſe ſolū ſed ꝓpter alios datur· ⁊ ideo neceſſe eſt vt vero corde mundaq̄ cōſcientia quātū ad ſe ſumat· ad alios vero nō ſolū ſine culpa· ſed etiam ſine omī infamia ꝓpter fratrū ſcādalū ad quorū vtilitatē nō ſolū ut pſint ſed etiā vt pſint ſacerdotiū datur· ¶ Vnde ieronimus in michea· Simoniaci rei ſunt infidelitatis eorum qui a ſe ſcandalizantur·

H I quoſcūq̄ de affeclis ſuis ordinantes epi et uitā eoꝝ in ſcādalū ppli exponentes rei ſunt infidelitatis eoꝝ qui ſcādalizantur· Reuera enim qui ad hoc eliguntur vt ceteris pſint ſicut preordinatur dignitate ſic preeminere debēt ſanctitate· alioquin cur ceteris pferunt q̄ nulla meritorū grā a ceteris aſſumunt· ¶ Hic etiā ſimach⁹ laurencō mediolañ· epo· Sicut honore ita quis ſcietia precellere debet·

V Iliſſim⁹ cōputādus ē ñ pcellat ſcia ⁊ ſcitate q̄ eſt honore pſtātior· ¶ Patet g̃ illud aug̃· ſacra videlicet xpi p heticos miniſtrata ſuo nō carere effectu nō de omībus intelligi gñalit· ſȝ de ſacro bapmatis· ¶ Vñ itē aug̃· ait Baps nec p bonū nec p malū miſtret rei·

D Edit bapmū terari nō debȝ iudas et nō ē baptizatū poſt iudā· dedit iohānes et baptizatū eſt poſt iohannē· quia qui datus eſt a iuda baptiſmus xpi ē ·q̄ a iohāne iohis erat· non iudā iohanni ſed baptiſma xpi ·etiam p iude manus datū

ſatis· cōſcandalū ·qui ergo occaſionem dāni dat dānū dediſſe videtur ex de iniur· et dā· da· et ſi egreſſus ignis ꝫ· e· placuit
m ¶ In ·ij· ar· cōtra· xxiij· q· v· de occiđ· §· i· dic pma intelligitur de cauſa px· ⁊ cū culpa· cōtraria ꝺ cauſa r̄mota ⁊ ſine culpa ·ff· de ſuo cor ·veraci⁹
V Iliſſimus· niſi precellat· s· di· xxv· §· nunc aūt·
o ¶ Niſi pcellat· i· niſi habeat illā diſcretionē que in prelato exigitur· et ſi nō eminentē tñ ſufficientē· ex ꝺ elec· cū nobis· ſufficit eñ q ſit bonus ·lxv· di· c· vl· quid enim ſi omīs ſint valde periti ñ ideo erit iſte viliſſimus q: nō ē ſalomō· de h̄ nota ·viij· q· i· licet·
p ¶ Patet g̃· reſpicit illð· c· ex catholica· et· c· ſi iuſtus· Io·
D Edit· in noīe xpi· vel in nomine patris et filij ⁊ ſpiritus ſancti· ⁊ ideo non fuit rē· de cō· di· iiij· aliud·
r ¶ Dedit in noīe venturi rē· et ideo fuit iohannis· dic quia baptiſmus a iohāne erat quod dā ſacr̄ale quo abluebatur tātū corpus exterius ꝺ cō· di· iiij· baptiſm⁹· et valebat ad aſſuefactionē·
s ¶ Baptizatū ꝫ· ꝺ cōſe· di· iiij· nō regenerabantur·
t ¶ Eſt xpi· in q̄rto libro ſententiarum legitur· h̄ cōſiderandū ē· ſi baptizati a iohanne ſunt baptizati baptiſmo xpi· ⁊ qua forma v̄boꝝ ſit vſus io· Illi reſpondent· qui baptizati ſunt a iohanne· neſciētes ſpiritum ſanctuȝ eſſe ac ſpē ponentes in illius baptiſmo poſtea baptizati ſunt baptiſmo xpi· baptiſmus iohannis tradebatur in nomīe venturi· vnde Ieronimus ſuper Io· qui dicit ſe in criſtum credere et ñ credit in ſpm̄ ſanctū· nondū habet claues eccīe· vnde baptizati a iohanne in nomine venturi· i· dñi nr̄i ihēſu xpi· quia dixerūt ſȝ neq̄ ſi ſpūs · ſ· ē audiuimus· Item baptizati ſunt in nomine xpi explicite· illi vero qui ſpem in baptiſmo iohannis habebant et patrē et filium et ſpm̄ ſactū credebant non fuerūt poſtea baptizati· ſed impoſicōe manuū ab apl̄is ſup eos facta· ſpm̄ ſanctū receperūt· alij vero qui non ita credebant baptizati ſunt baptiſmo xpi· vt dictum eſt· vnde Iero· qui ſpiritum ſanctū neſciebāt cū baptiſmū a Iohanne acceperūt iterum baptizati ſunt ſcȝ ne quis·

i ¶ Nūq̄· ar· i· eo pumendū eſſe aliquem in quo deliquit· ꝫ· xi· q· ij· de viro· qui diuinis· ꝫ· e· q· v· c· i· s· di· lxxxi· valet· xvij· q· iiij· frater· vij· q· i· ſi quis de ordine· ꝫ· xxxiiij· q· ij· admonere· ꝫ· xxvij· q· ij· q̄ dormiēit
k ¶ Ecce· adhuc pſeuerat in aſſignādo dr̄am et cām differentie·
H I quoſcū q3· i· aliquos idignos qð collige ex illo v̄bo affeclis ab obſequor obſequeris· vnde et aſſecla ſeruus · alias ſi eſſent ſui digni plus eis teneretur· vt· xij· q· ij· h̄ huiuſ· lxxxvi diſtinctione· non

ex iudeis vel gentibus putaret aquā ſine ſpiritu·ſ·ſufficere ad ſalutē
De hoc etiā amb·quidā negauerūt ſe ſcire ſpiritū ſanctū cū baptiza=
tos ſe dicerent baptiſmo iohannis · quos tamen in aduenientis iheſu
nō in ſuo baptizauit nomine · Iſti ergo qui nec in xp̄i nomine nec cū
fide ſpūs ſancti baptizati fuerant non poterant accipe baptiſmi ſacra
mentū·baptizati ſunt igitur in nomine xp̄i nec iteratū eſt in eis ſacra
mentum ſed inno
uatū· Sed querit̄
cum baptiſmo io=
hannis nō ɔfertur
remiſſio peccato=
rū·ꝟ·de ɔ·di· iiij·ñ
ꝛgenerabant̄·nec
ad veritatem ba=
ptiſmi valeat fi=
des alicui⁹ vel in/
fidelitas officiat·
de ɔ·di·iiij·quō·et
·c·ſe·cur reitera=
tus ē baptiſmus i
quibuſdā a iohan
ne baptizatis ma
xime cū p circūci
ſionē originale fu
iſſet deletū· vt ex
de bap· maiores·
·ꝙ·tāte· Nā ſi di=
cas baptiſmū xp̄i
necc̄rium eſſe etiā
circumciſis·ɔclu=
ditur ꝙ ꝙ in om̄i
bus baptizatis a
iohanne neceſſari
um ē ſiue bene cre
derent ſiue male ·
ſi autem dicas non
eſſe neceſſariū·cō
cluditur· quare ꝙ
baptizati ſunt ba
ptiſmo xp̄i iam a
iohanne baptiza=
ti cū iidē eſſent cir
cūciſi·p̄t dici for=
te ꝙ ante paſſio=
nem xp̄i nulli erat
baptiſm⁹ neceſſa
rius ·ſed tn̄ bapti
zati ſunt ab ap̄lis
ne putarent aliq̄
bap̄m ſine ſpiritu
ſācto ſufficere ad
ſalutem quod cre
do· vel forte a ba
ptiſmo xp̄i vel p⁹
ꝙ xp̄us baptiſat⁹
fuit om̄ib; baptiſ
mus neceſſari⁹ fu
it·ſiue iohannis ſi
ue xp̄i· ſed baptiſ
mus xp̄i tanquam
a ſeipſo ratus non
indiget fidei āni=
miculo·ſecus in io
hannis baptiſmo·
vnō baptizati ſūt
quib; recta fides
nō affuit· qd locū
tm̄ habet in bap=
tiſmo iohannis·
¶ Ebri⁹·ita tn̄
ꝙ ſentiat quid fa
ciat·qꝛ in ecō ba=
ptizati et baptizā
tis exigitur·vt ꝟ·de cō·di·iiij·ſolet·qꝛ nemo dicit illud qd non ſentit
·ff·de ſuppell̄·le·labeo·et ita non eſt contra ꝟ·§·ecce·
S Icut vrgeri·dimittit·s·e·remiſſionē =inſtantiā·alibi ſufficit
c ¶ Sic ⁊ ego·ar·ſufficē rn̄denti dare= aſſignare rationē·xxvi
ij·q·i·ſic em̄ · et dicit ar ; optima inſtantiarum eſt dicere quare non
ſic ordinabis ar·cū ſ; dicitur hereticus iuſte baptizat et ego concedo

iohā̄nis baptiſmo recte ꝑponimus
Itē quos iudas baptizauit ⁊ xp̄s
Sic ergo quos baptizat ebri⁹ ho=
micida adulter xp̄s baptizat· Itē
ſacr̄m eccl̄ie tam magnū eſt vt nec
homicida adminiſtrante polluatur
¶ Itē ɔtra donatiſtas ·de eodem·
S Icut vrgeri videor cū michi
dicitur·ergo hereticus dimit
tit pcc̄m cū iuſte baptizat·ſic et e=
go vrgeo cū dico·ꝙ auar⁹ religio
nis ſimulator pcc̄a dimittit·ſ; p vi
ſacr̄i ſicut ille ita ⁊ ille·ſed p meri=
tū ſuū nec ille nec ille· Illud em̄ ſa=
cramtū xp̄i etiā in mal' homib; eſſe
ɔgnoſcitur· In corpe aūt vnice co
lūbe imaculate nec ille nec ille inue
nitur· vt ſi cuius man⁹ eſſet arida
verū quidem eſſ; mēbrū· ꝗuis ſine
ſanguine ineſficax eſſet ⁊ mortuū·
ſic et fides cū ſit vera tn̄ ſine opibus
mortua ē· Itē ſic in hereſi baptiza
t⁹ in noie ſancte et indiuidue trini=
tatis·nō ſit tn̄ tēplū dei ſi ab here=
ſi non receſſerit quō nec; in auari
tia in eodē noie baptizat⁹ ſit tēplū
dei ſi ab auaricia nō recedat que ē
idoloꝝ ſeruitus ¶ Ex hijs itaq; ver
bis apparet baptiſma qd ab hēti=
cis tribuit̄ ɔ̄tute ſua remiſſionē ɔ=
ferre pccoꝝ· ¶ S; idē auguſtinus
ecōtra teſtat̄ in libro de baptiſmo
dicēs Bap̄mus xp̄i ⁊ ſi nlla ꝑūſita
te violetur apud hēticos tn̄ caret
E Tiam corde tardi effectu·
ores intelligunt bap̄m criſti
nulla puerſitate dantis vel accipiē=
tis poſſe violari Sed quia aliud eſt
ſacr̄m ab effc̄u ſacramēti·cū eos q̄
in ipa vnitate eccl̄ie pdite viuūt cō
ſtet remiſſionē pccoꝝ nec dare nec
habē poſſe· qꝛ non malignis ſed bo
nis filijs dcm̄ ē·ſi cui dimiſēitis pec
cata dimittentur·cui tenueritis te
nebunt̄ Patet ergo hereticos dare
vel accipe tātū ſacr̄m baptiſmi· et
non dare remiſſionē peccatorum·
¶ Idē in verbis dn̄i de baſphemia
C Orporalia ſa= ſpūs ſancti·
cramēta q̄ portāt ⁊ celebrāt
etiam ſegregati ab vnitate corpo
ris xp̄i formam hr̄e pietatis pn̄t·
Virtus vero inuiſibilis et ſpūalis
ita in eis eſſe nō p̄t queadmodum
ſenſus non ſequitur mēbrū qn̄ am=
putatur a corpe ¶ Itē Ambroſi=
us in libro de iniciandis rudibus·
N On ſanat ba ¶ De eodē
ptiſmus pſidoꝝ·non mundat
ſ; polluit· quia i diluuio aquaꝝ ad
deū nō approximabūt·qꝛ vt p apo=
ſtolū dicitur·quicquid ex fide nō ē
pcc̄m eſt ·et ipis qui faciūt et qui=
bus faciūt non ſolū nō pdeſt ſ; ad
iudiciū ē· ¶ Itē leo ꝑpa ad nicetē
ep̄m p manus impoſicōz ɔfirmant̄
N q̄ ab hētic·bap̄ma accipiūt·
Ij qui ab hēticis bap̄mū acce
perūt cū ātea baptizati nō fuiſſent
ſola ſpūs ſancti inuocacōne p impo
ſicōnem manus ɔfirmādi ſūt ·quia
formam tm̄ baptiſmi ſine ſanctifi=
cacōnis virtute ſumpſerūt ·et hāc
regulā ut ſcitis ſeruandam in omni
bus eccl̄ijs p̄dicamus· vt lauacrum
ſemel initum nulla iteratione viole
tur·dicēte aplo· vnus deus·vna fi
des·vnū baptiſma· Cuius ablutio
nulla reiteratione temerāda ē· ſed
vt diximus ſola ſanctificacōne ſan
cti ſpūs inuocāda·vt qd ab hereti=
cis nemo accipit a catholicis ſacer
dotibus ɔſequatur ¶ Sed notan=
dū eſt ꝙ heretici vt arriani ⁊ ſabel=
liani quoꝝ alij inequalitatē·alij in
diſcretionē pſonaꝝ ɔfitebātur ba
ptiſma non in forma eccl̄ie ſ; ſue p=
uerſitatis miniſtrabāt· De hijs ſpe
cialiter ambroſius locutus eſt di=
cens· Non ſanat bap̄mus heretico
rū nec; pſidoꝝ ⁊c̄· vt rebaptizen=
tur et reordinentur· ⁊c̄· ¶ Vnde in

infertur ergo dimittit pcc̄m qd nego ·et ſic inſto·auarus iuſte bapti
zat·ꝙ dimittit pcc̄m qd non ɔcederent ipi· ſed dic inſtantiam non va
lere qꝛ ſcd̄m ſuā opinionē ɔcludit·ſic·xxvij·q·i·nuptiaꝝ ¶ Vnice
q̄ ɔplectitur tm̄ grana·xxxij·q·iiij·recurrat·s·e·remiſſionē·in glo·ſi·
E Tiam·ab illo loco inducit magiſter ca·quibus vult probare ꝙ
heretici et ſi ſacr̄m ɔferre pn̄t· non tamen effectum ſacramenti·
qn̄q; tamē inducit
ꝙ poſſunt effectū
ɔferre ·et ſub iſta
alternacōne venit
vſq; in finē queſti
onis fracto freno·
¶ Sed qꝛ· ſicut
aliud ē elementū
aliud ɔſecracō·vt
d ɔ·di·iiij·p aquā
et ideo notatus fu
it cipanus qui nō
fecit iſtam drām·
ꝟ·e·c· ſi q̄s inq̄t·
f ¶ hereticos·ſa
cramētū gr̄e dat
de⁹ etiā p malos·
ipam gr̄am nō mi=
ſi p ſeipm̄·vt d ɔ·
di·iiij· quomodo·
g ¶ Corporalia·
qꝛ miniſterio cor=
poꝝ et circa cor=
pora ɔferūtur·vel
q̄a quedam ſunt
corpora vt criſma
vel quia forme cō
porū ſūt·vel quia
ſub corporalibus
ſpeciebus cōferun
tur· ſ; nunquid pe
reunt· cū corpore
eſt ar·ꝙ non ꝟ·e·
qd quidam·xxxij·
·q·vij· tm̄ valet·
h ¶ Pietatis· id
ē ſancte religionis
et veritatis·ſ; ido
dicit qꝛ tunc ē ibi
pietas tum et ve=
ritas·
N On ſanat·ba
ptiſmus· da
tus extra eccleſie
formā·vt ꝟ·§·ſed
notandum·
k ¶ Quia in dilu=
uio ·i·in multitudi
ne diuerſarum ſen
tentiaꝝ vel in ſe
ctaꝝ vel indilu=
uio tantum qꝛ ſo
lus baptiſmus nō
ſufficit niſi ⁊ gra=
tia detur·
¶ Ex fide ·i·cū
fide opante per di
lectionem·
N ij qui·bapti
zati·nā tunc
nichil acceperūt
ab eis·lxviij di·§
quos vero·
n ¶ Vnus· id eſt
incōmutabilis·
o ¶ Vna · id ē ab
vno veniēs·
p ¶ Vnum·i·vnam habens efficatiam in om̄ibus ſiue puulis ſiue adul
tis niſi malicia ſuſcipientis impediatur ·vel vnum qꝛ non iterandum·
q ¶ Vt quod·ſ·ſanctitatis virtutē gr̄am remiſſionem pccorū·exaudi
tamen vt dicit·g·ꝟ·e·§·nemo·nam alias ɔſtitutus in necc̄itate accipit
·xxxij·di·§·verum·v·fina· =·vt arriani qui dicūt filiū nō coeternū
r ¶ Sed notādū ē· quorū= patri·vt·xxiiij·q·iij·quidā·v·arriani·

¶ Perſonaꝝ. vt ſabelliani qui dicūt eandē eſſe perſonam patris ⁊ filij et ſpiritus ſancti. vt. xxiiij. q. iij. quidā. ꝟ. ſabelliani.

b ¶ Non in forma eccl̃ie. que neceſſaria eſt. vt. xxxij. di. §. verū

S ¶ Si quis confugerit. paulianiſtis. qui dicebāt ſpm̄ ſanctū nō fuiſſe ſemp ſed a maria ſūpſiſſe iniciū vt. ꝭ. xxiiij. q. iij. quidā. ꝟ. paulianiſte. cathafrige dicūt ſpm̄ ſanctū paruulū hoīem ⁊c̃. vt in p̄dicto capitulo quidā. ꝟ. vt cathafrige.

c ¶ Et cathafrigis. qui non baptizant in forma eccleſie. et ſic ſoluū tur contraria

d ¶ Rebaptizandi. ſʒ ↄtra. ꝭ. de cō. di. iiij. qui bis. ſʒ hic nō fuit facta iniuria ſacr̃o cum nullū p̄ceſſerit ibi ↄ̃ vel hic intelligēdū p illud. nā ibi dicitur ñ neccitas ⁊c̃.

e ¶ Rurſus ec or dinetur cōt̃ ꝭ. e. ſi quis p ignorātiā. ſʒ hic ē de diſpēſatione illud de rigōe vel hic loquitur de iure qꝛ hic nullū fuit prius baptiſmū nec ordo. vnde nō fit iniuria hic alicui ſacr̃o ſi baptizantur et ordinant². nec tāgit illud. c. hic. et qꝛ ibi ē alius caſus. ſ. ꝙ ibi ſunt due queſtiones ſecūdū vnum caſum.

g ¶ Rurſus. ar. ꝙ nō baptizatus nullum recipit ordinē vt ex̃ de p̄ſb. nō bap. ſi q̄s preſbiter ꝭ. e. ſi quis per ignorantiā. s. e. cū paulus.

h ¶ Depom. verū eſt ď facto. vel ſic deponi. i. non admitti.

P ¶ Aulianiſte. alij. reſpicit hic. §. s. poſitū. ſʒ notā

k ¶ In pr̃ia. dū quia nemo ꝓpheta acceptus ē in patria ſua.

niceno ↄci. ſtatutū ē Rebaptizētur ⁊ reordinētur q̃ de paulianiſtis et cathafrigis ad eccl̃iam redeunt.

S I quis ↄfugerit ad catholicā eccl̃iaꝫ de paulianiſtis ⁊ cathafrigis ſtatutum ſit rebaptizari eos om̄i mō debē. Si qui vero cl̃ici erūt apud eos ſiquidē īculpati fuerit et irrep̄henſibiles rebaptizandi ſūt rurſus etiā ordinētur a catholico ep̄o eccl̃ie catholice. Si vero examinati minꝰ apti fuerit dep̄henſi ď poni eos oportet. Similiter aūt et circa diacones ⁊ de om̄ibꝫ qui in eodem clero inueniuntur eadē forma ſuabit̃ ¶ Itē inocētiꝰ ¶ De eod̃

P Aulianiſte. in nomine patris et filij ⁊ ſpūs ſancti minime baptizabant. Et nouaciani hijſdē nominibꝫ tremendis baptizant. Nec apud iſtos ď vnitate p̄tātis diuine hoc ē p̄ris et filij ⁊ ſpūs ſancti queſtio aliqñ mota eſt. ⁊c̃. ¶ Alij formam eccl̃ie in baptizādo ſeruāt Sʒ dū ab eis baptizātur qui in hereſi vel ſciſmate eis ↄīūicant ſacr̃m quidē baptiſmi ab eis accipiūt. virtutē vero nō ↄſequuntur quā ſine fide nullus cōſequi p̄t. Vnde de domino dicitur ꝙ in patria ſua nō poterat facere ſignū ꝓpter incrudelitatem eoꝝ ¶ Vnď auguſtinus in omelia octoageſima Dū verbū accedit ad elementum fit ſacramentum.

D Etrahe verbū ab aqua quid erit niſi aqua. accedit verbuꝫ ad elemētū ⁊ fit ſacr̃m. Vñ iſta tāta virtus aque vt corpus tāgat et cor abluat niſi faciente verbo Non qꝛ dicitur ſed qꝛ creditur. Nā et in ip̄o verbo aliud ē ſonus tranſiens. aliud virtus manēs. ¶ De hijs vero qui in hereſi vel ſciſmate baptizantur ſcribit auguſtinuſ ad petrū diaconē dicēs Ext̃ eccl̃iaꝫ bapti ſi nō redierint p̄niciē ſibi accumulāt

F Irmiſſime tene et nullatenuſ dubites extra eccl̃iam baptizatis ſi ad eccl̃iam nō redierint baptiſmo cumulari p̄niciem. Tantū em̄ valet eccleſiaſtice ſocietatis cōmūio ad ſalutē vt baptiſmo nō ſaluetur. cū ibi non dat̃ vbi optet vt detur ¶ Idē Inutilia ſunt dona que p̄ter eccl̃ie vnitatem habentur

G Eneamꝰ vnitatē fratres mei p̄ter vnitatē etiā q̃ facit miraculū nichil ē. In vnitate erat populꝰ iſrahel et nō faciebat miracula. p̄ter vnitatē erāt magi pharaonis. et faciebāt ſimilia moiſi. ꝓplus iſrahel vt dixi nō faciebat miracula. Qui erant ſaluandi apud deum qui faciebāt miracula. an q̃ nō faciebāt. Petrus ap̄lus reſuſcitauit mortuum. ſimon magus fecit multa. Erant quidam xp̄iani qui nō poterant facere quod faciebat petrꝰ nec qď faciebat ſimō. ſed tñ gaudebant ꝙ nomina eoꝝ erant ſcripta in celo. ¶ Itē leo ad nicetē ep̄m Bap̄ma ſemel t̃ditū nō ē iterādū.

H Anc regulā ſeruādā in omnibus eccleſijs predicamus. vt

incipiat ⁊ deſinat eſſe in eodē inſtanti cū ſit idē etiā in om̄ibus alijs caſibus ſcḋm legē. nam ſi quid michi debebatur ſub ↄdicōne et illud a ↄcepto tuli ante exiſtentiā ↄdicōis. ſi poſt exiſtat ↄdicō in eodē inſtāt incipit et deſinit eſſe debitum. ff. de accep. l. añ pnt̃. et. l. ꝙ in diē. vt dicit lex. ſʒ falſū eſt. qꝛ lex dicit ꝙ intelligitur olim liberatus. vt. ff. de ſolu. ſub ↄdi. debitor. melius p̄t poni exemplū in ſcḋo dato vxori a viro vt eū manumittat. nā in eodē inſtanti incipit et deſinit hr̄e dn̄iū. ff. de donac̃. inter vi. ⁊ vx. qď aūt. §. vl. ar. ↄtra. hic in ſi. qꝛ aliud ē ſonus ⁊c̃. ſʒ ꝙ dicit ꝙ vtꝰ p manet non intelligē in aq̄ ſʒ in puero. Itē ar. ↄt̃. ff. ď vſufruc. ticio cuꝫ morietur Itē aliud exēplū p̄t poni vbi q̄s ſit incipit ⁊ deſinit eſſe ďbitō. vt. ff. ad velł. debitor. Quidā autē intelligūt aliter literam illam.

a ¶ Et ſit ſacr̃m. i. ſacramētū ſit ex forma ⁊ aq̄ qď eſt baptiſmus. ſʒ q̄rit² ſi i litore mariſ baptizetur aliq̄s an tota aqua ↄſecretur. an nō. et dicēdū ꝙ illa tm̄ q̄ puerū tangit. ar. ff. de relig. l. ij. §. celſus. nā ibi dicitur ꝙ ſola terra q̄ tangit corpus hoīs ē religioſa. vel p̄t dici. ꝙ etiā illa q̄ iſtā tāgit. ar. ff. ď rei vē. q̄ religioſ. ſʒ exaudi per canonē. xi. q. iij. qm̄ mł tas. qꝛ excōmūicacō ñ trāſit in terciam p̄ſonā. ſic nec religio.

o ¶ Verbū. nam v̄ba neccria ſunt. ar. ff. de v̄. ob. l. i.

p ¶ Niſi faciente. i. in forma euangelij. in noīe p̄ris et filij et ſpūs ſancti

q ¶ Sʒ qꝛ creditur. vidꝫ ꝙ mutus p̄t baptizare. qꝛ mr̄imoniū p̄t ↄtrahere maxime ſi tres p̄ſonas p̄t exp̄mē qď ↄcedo ſi ē miſter. alias ſi loq̄ ñ p̄t ñ baptizat. et ꝙ dicit.

l ¶ Nō poterat. i. nolebat. vel qꝛ potētie ſue nō ↄgruebat. ar. xxxij. q. v. ſi paulus. qꝛ ipi erāt incredulī ſʒ nōne poterat facere ne eſſent īcreduli ⁊ ita facē miracula. nā dicit reg̃lā iuris ꝙ q̃ p̄t facē vt poſſit dicit̃ poſſe. ff. de reg̃. qui p̄t. ſʒ ex illa intelligitur de illo qui tenet² ex neccitate ⁊ aſtrictꝰ ē ad q̄d faciēdū

D Etrahe. i. ſi aliquis tm̄ aliquē immergat et non proferat verba ñ baptizat. qꝛ nec ſolū elementū nec ſola verba ad hᷣ ſufficiūt. vel aliter quidam baptizant in nomine patris et filij et ſpūs ſancti ⁊ tūc expone detrahe verbuꝫ. i. ſiliū quid eſt aqua niſi aqua. quaſi diceret. non ē ibi baptiſmus. de cōſe. di. iiij. in ſinodo. vel alias detrahe v̄bum aqua. i. formā. et nō erit ibi ſacr̃m baptiſmi. et no. ꝙ gādulphꝰ dixit ꝙ ipſa aqua ſit ſacr̃m. ſ. ipm̄ elementū. ar de ↄ. di. ij. ſacrificiū. vnde ſi azinus bibat aquam illam bibit ſacr̃m. ſicut et de mure diximus. ď ↄ. di. ij. qui bñ nō cuſtodierit. alij dicūt. ꝙ impoſſibile ē ꝙ azinus bibat ſacr̃m. nā dicūt ꝙ aqua illa in eodē inſtanti incipit et deſinit eſſe ſacramētū. ſ. in vltima ꝓlacōne ipius forme. baptizo te in nomine ⁊c̃. ⁊ nota de ↄ. di. iiij. c. i. nā p alias orōnes que primo fūdantur ſup ipam aquā nō ſit aqua ſacr̃m. et hᷣ ita verū eſt ſcḋm eos. ꝙ ſi in eo inſtāti qᵒ forma finitur et aqua ſit ſacr̃m puer nō eſſet i aq̄ puta anq̄ꝙ dixiſſet et ſpūs ſancti. et leuaſſet eū de aq̄ nō eſſet baptizatus. nec eſt mirū ſi

r ¶ Sʒ qꝛ creditur. hᷣ ad ſuſcipiētē refertur qꝛ non exigitur fides ↄferētis ſed ſuſcipiētis. de ↄ. di. iiij. tūc valē. ab ip̄o em̄ dāte ſola intencō requiritur. vt dixi. s. e. ſic ¶ Sonus. ē ſonus vocalis ⁊ ē ſonus mētalis

t ¶ Aliud. i. efficatia a deo collata ſibi ↄuis. eccl̃ia.

F Irmiſſime. p̄nitiē. ꝭ. de ↄ. di. iiij. ſolet. q̄ꝛ xxxij. q. vij. vſq̄ꝫ ado

x ¶ Baptiſmo. nā hꝫ ad cumulū ſupplicia malis. et ipi p̄nt

G Eneamꝰ. ꝓbat baptiſmū poſſe ↄferri miracl̃a facē ꝭ. e. ꝓbauit

ſ ¶ Nichil ē. quo ad vitā eternam ¶ Magi. ſ. iamnes et mambres tria fecerūt miracl̃a. v̄gas in ſerpentes ↄūterūt et aquā in ſangnē. et fecerūt aq̄s ranis ebullire. ſʒ ciniſes ñ poterāt īducē vt moiſes. vñ dixerūt digitus dei ē hᷣ. et ita defecerūt in q̄rto miraculo. ſ. in tertia plaga. qꝛ primū nō fuit plaga. et ideo q̄nq̄ꝫ dicūtur ďfeciſſe in tertio miraculo. qꝛ in tertia plaga. xxvi. q. v. nec mirū. ꝟ. nec ideo. ar. non p̄iudicari alicui in ſua cā religionē alterius. non enim melius alicui debꝫ credi qꝛ ſig̃ et miracl̃a fac̃ cū ec̃ hᷣ bonis et malis ſint ↄīa. s. e. c. multe. ↄeſt pars illius. s. e. hij qui et repetit hᷣ finem illiꝰ

H Anc. hᷣ. c. ↄ ca. vt exponat in. §. ſequenti. l.

a ¶ Nemo·ar·ad queſtionem de inuaſore vtrū per eum poſſet p̄ſentari clericus in eccīa·et ſi p hereticū ſententia iuſta detur·de ꝯ·di·ij·et dixit dn̄s·io·quoꝝ vtrūqꝫ falſū eſt qꝛ inuaſor nō tolerat̄ ⁊ h̄eticus ē excōmūicat⁹·

b ¶ Forma·ſ·neceſſitate vel ignoranter

c ¶ Per lapideū·vt·s·e·ſi iuſtus·tiri deo poſſum⁹ ſed ip̄m fallere nō poſſumus de ꝯ·di·ij·panē·oīa em̄ certa ſunt ei·ff·de iudi·ꝫ ⁊ ſi reſtituatur·§·vl·ar·ꝯtra·lxxxi·di·oportet·xvi·q·i·reuertimini·s·e·c·multi

S Piritus ſanctus·fallatur·nam men

e ¶ Probos·qꝛ illud ſacramētū puro corde ſumunt·ꝫ·e·non nocet·

f ¶ Ecce a pagāis·ſi in forma eccleſie detur·de cō·di·iiij·a quodam·

g ¶ Pueroꝝ·doli capaciū·alias michil agerēt·nam tales furioſis conparātur·ff·de acq̄rē·poſ·l·i·xv·q·i·illud·quis autem ſit doli capax lex dicit·ꝙ qui ē ꝓximus pubertati·ff·d̄ reg·iur̄·pupilli ignoranti tamē bene acquiritur ius ſeruitutis·vt·ff·quēadmod̄·ſuit·amit·ſi p̄tē·§·ij·

h ¶ Per athanaſiū·ꝓpum nomē ē

i ¶ Interrogacōnibus·p·hoc ꝙ dicit integris patꝫ nō iocoſe fuiſſe factum·et ita nō ſoluitur h̄ illa queſtio aug·de ꝯ·di·iiij·ſolet queri·licet quidam dicāt eā h̄ ſolui·ſed ego dico ꝙ lꝫ formam ludendo accipiat dū tamē baptiſare intendit baptizat·ſi aūt oīa iocoſe fiant·non erit baptiſmus·ar·xxij·q·ij·§·quod ait·ff·de act·et obligacōnū ſt̄a·§·vl·ex̄ de ſē·ex·ſi vere·

k ¶ Baptiſmū·ar nō reiterari ſacramētū licꝫ nō ſit pfectum·

l ¶ Non debē·ar ſimulacōnem alicui nō p̄iudicari·s·di·xxvij·ꝙ interrogaſti·ꝫ·xxij·q·v·ecce·d̄·ꝯſe·di·iiij·ſolꝫ q̄ri·ar·ꝯ·ꝫ·xxij·q·ij·q̄nqꝫ·ff·d̄ acti·⁊ ob·obligacōnū·ar·xxiij·di·q̄rūdā·vij·q·i·michil

m ¶ Ea q·ſ·vt i vertice ⁊ pectōe·

n ¶ Sꝫ adimplere·et in ſpatulis vngantur·ex̄ de ſācrām·iterā·vel n̄·c·i·⁊·c·vl·Jo·

S I q̄s·quidam ponunt ita caſum·due queſtiones fiebant·h̄ iſidoro prima·vtrū baptizati ab ordinato ante baptiſmum eſſent rebaptizandi·ſecunda·vtrū ip̄e debeat ordinari·Ad p̄mam queſtionē ḣndet ab illo loco ſed romanus·ſecūde queſtioni n̄ rn̄det·ꝫ poteſt decidi p ca·s·e·ſi quis ꝯfugerit·et ḃm h̄ legitur totū ſub interrogacōne vſqꝫ ad illud·romanus·et ſuppleb·ḃm h̄ in lr̄a·non·

p ¶ Sed·i·qꝛ·⁊c̄·et ita rn̄det vni queſtioni nō alij·ar·extra de p̄ſump·nonne·inſti·de inuti·ſtipl·§·quotiēs·C·de diuer·R̄ep·l·i·ꝯtra·et h̄ verū eſt cū ſint ꝯnexe·alij legūt·c·plane·et dicūt ꝙ baptizati ab eo debent rebaptizari·ſed male dicūt·vn̄ illud ꝫ romanus ē correctiuum·

lauacrū ſemel initū nulla iteracōe violetur·dicente ap̄lo vnus deus vna fides vnū baptiſma·cuius ablucō nulla reiteratione violanda eſt ſed ſola ſpiritus ſanctificacō inuocāda vt qd̄ ab h̄eticis nemo accepit a catholicis ſacd̄otibꝫ ꝯſequat̄· ¶ Nemo in hereſi vel ſciſmate ꝯſtitut⁹ intelligēdus ē Ceterū ſi cum oīmi fidei integritate ⁊ animi puritate d̄ manu h̄eticoꝝ aliq̄s in forma eccīe baptiſma accepit·tūc implet̄ illud aug·p lapideū cānalē aq̄ tranſit ad areolas· Et iterū·ſpūal̄ virtus ſacr̄i ⁊c̄· ¶ Item in lib·de qlaſphemia ſpiritus ſancti·

S Etiā p malos bōni colligunt̄

S Piritus ſanctus in ſancta eccleſia etiā iſto tp̄e q̄ velud granum atteritur cū palea ſic opat̄· vt nullius verā ꝯfeſſionem aſpernet̄·nullius ſimulacōne fallatur·atqꝫ ita reprobos fugiat· vt etiā p illoꝝ miſteriū ꝓbos colligat· ¶ Ecce quādoqꝫ ab h̄eticis baptiſma cū ſua ꝟtute accipitur cui⁹ tam neceſſaria adminiſtracō eſt·vt nec etiā a pagamis datū poſſit reiterari· Vnde ī eccleſiaſtica hiſtoria legitur ꝙ alexāder ep̄s alexādrie cum petri martiris miſſaꝝ ſolēnia celebraret poſt expleta miſſaꝝ ſacr̄a vidit ſup orāmaris pueroꝝ ludum imitantium vt ſolet fieri ep̄m et gerentiū ea q̄ in eccīa geri mos ē·Mox eos ad ſe pduci iubet·et quid agiſſent pcontatur·Illi rei ordinē pādūt baptizatos a ſe eſſe quoſdam cathecuminos ꝯfitenter p athanaſiū puerum qui illis fuerat ep̄us ſimulatuſ Vbi ex reſponſis eoꝝ vidit ſecundū religionis nr̄e ritū cuncta ꝯſtare·ſtatuit illis quibus integris interrogacōibꝫ et reſpōſionibꝫ aqua fuerat infuſa iterari baptiſmū non debere· ſꝫ adimpleri ea que ſacerdotibus mos ē· ¶ Hinc etiam iſidorus ait

De hijs qui per ignorantiam ordinātur anteq̄ baptizētur

S I quis p ignorantiā ordinatur anteq̄ baptizetur debēt ab eo baptizati iteꝝ rebaptizari ⁊ ip̄e vlterius non ordinetur·ſed romanus pontifex non hominē iudicat q̄ baptizat·ſꝫ ſp̄m dei ſbminiſtrare gratiā credit baptiſmi licet paganus ſit qui baptizat ¶ Qd̄ aūt cetera ſacr̄a ab hereticis miſtrari nō pn̄t teſtatur ieronim⁹ in aggeo ꝓph̄a·

Deo minime placēt q̄ ab hereticis offeruntur

S Ic ꝓpl̄us iſte h̄eticoꝝ omīū ē in ꝯſpectu meo dicit dn̄s·oīe qd̄ fecerint quod michi obtulerint·vel vota vel ꝓ ſalute vel pacifica vel p pcc̄o vel holocauſta ſiue elimoſinas ſiue ieiunia vel corporis caſtitatē ꝯtaminata erūt in ꝯſpectu meo· Quāuis em̄ ſancta videantur ſp̄ē ſui que offerūtur· tn̄ qꝛ tractata ſūt ab illo qui pollutus eſt in aīa polluūtur oīa· ¶ Idē in amos

¶ De eodem·

O Dit deus ſacrificia hereticoꝝ et a ſe ꝓicit·⁊ quociēſcūqꝫ in nomine eius cōgregati fuerint deteſtatur fetorem eorum ⁊ claudit nareſ ſuas· ¶ Item in oſee·

I Lli offerunt panē ſacrilegū ⁊ dant elimoſinas et ſectari videntur humilitatem·que ego ſi vere fiant holocauſta interp̄tor·Cū aūt ſcientiam dei reliquerint·fruſtra trūcato capite fidei cetera mēbra ſe hr̄e iactant· ¶ Idē in ep̄la ad galathas·

Sine fide ⁊ caritate nec euāgeliū hētur nec ꝓſunt aliqua bona

M Arciō ⁊ baſilides et cetere hereticoꝝ peſtes non habent dei euāgeliū quia nō hn̄t ſpiritū ſāctū ſine quo hūanū ſit euāgeliū qd̄ docetur·Nec putemus in verbis ſcripturarū eſſe euangeliū ſed in ſenſu

q ¶ Et ip̄e vlterius nō ordinetur·et h̄ corrigit̄·s·e·ſi q̄s ꝯfugerit·vel h̄ loq̄tur ḃm rigorē ḃm iſidorū Secūdū caſū pōit iſidorus ḃm falſā quorūdam opinionem·ꝙ·ſ·tales debent rebaptizari·vnde ſe ſtatim ibi corrigit·

r ¶ Sed romān⁹·q̄i dicēt·ita alij dicūt ꝫ roman⁹ ⁊c̄·

s ¶ Non ordinetur·de rigore·alias ſecus·ex̄·de p̄ſbi·n̄ ordi·mi·c·i·

t ¶ Paganus·s·di·xxij §·verū·ꝫ·d̄ ꝯſe·di·iiij·quos a pagamis·ꝯtra·ſed ibi preter formaꝫ eccleſie fuerūt baptizati·hic autem de eo baptiſmate agitur qd̄ ī forma eccleſie traditur·

u ¶ Nō poſſunt·cū effectu gratie·nota facti gratiā nocere· Itē nota non quid quis faciat·ſed cuius auctoritate quid fiat ꝯſiderandum·

S Ic ꝓpl̄us·h̄ ſeq̄ntia capitula loquūtur q̄n forma p̄termittitur·vel ſcienter p̄ter nc̄citatē ſacramēta recipiuntur·

y ¶ Populus·ſicut ſequitur·

z ¶ Vel vota·generale eſt·poſtea ſubdiuidit per partes dicens·

¶ Vel ꝓ ſalute·ꝓ ſalute et peccato dicit quaſi ſint nomina ſacrificiorum quorum vnū ad ſalutem ſeruādam·alterum ad pcc̄a purgāda offerebatur·quod codices nō hn̄t.

b ¶ Vel pacifica·ſic dicebatur ſacrificium quod offerebatur ꝓ pace adepta vel adipiſcenda·

¶ Vel holocauſtis·holon totū·cauma incēdiū·l·di·ponderet·verſus ſi

b ¶ In cōſpectu·eccl̄aſtica dignitas nō facit eum xp̄ianum·vt·ꝫ·q·vij·non omnes epiſcopi·

c ¶ Speciem ſui·quantū ad ſuperficiem·

O Dit·claudit·humana loquitur ſiſitudine·vt·xxiij·q·i·odi·

I Lli offerr·ſi vere·i·ex caritate ⁊ fid̄·d̄ pe·di·iiij·c·pnl̄·paul⁹·

¶ Trūcato capite·i·fide q̄ ē fundamētū omīū bonoꝝ·s·e·cū

I

Marchion·iste marchion dixit duo fuisse principia·vnum superi
orū·aliud inferioꝝ·xxiiij·q·iij·quidam·v̇·marchioniste·
b Basilides·iste negauit xp̄m passum·vt·c·quidā c Quo hu=
manū·i·nō diuinū·non ꝯferens grām· d In verbis·ar· verba reb9
non res verbis deseruire·prefertur em̄ intencō verbis·ar·xiij·q·i·§·
·ij·v̇·verba·ar·xxxviij·distinctī·sedulo·ar·xxij·q·v·humane·et·q·
·ij·ne quis·ar·xx=
iij·q·i·pat9·⁊·q·
·viij·occidit·ar·
·xxix·di·regl'e·
e In sēsu·ar·xi·
·q·iij·antecessor·
et·c·q̄ p̄decessor·
ar·ff·ḋ legi·⁊ se·
cō·scire leges·ar·
ex̄ de v̇· si ·p̄terea
intelligētia·ar·x/
xij·q·ij·is autē q̄·
Vide·huic o/
peri· ar · q̄
dare elimosinā ad
vanā gloriam pec
catuꝫ sit·ar·xxiij·
·q·i·noli ꝯ· xxiiij·
·q·i·odi·
g Corona·s·di·
·xc·neq̧·in si· et·
·c·si q̄s autē ꝯ· de
pe·di·iij·§· pen l'·
ꝯ̄ vbi dic̄ aug̀· q̄
si quis nō hn̄s ca=
ritatē patit' mar
tiriū·⁊ si nō ꝓdest
ei ad vitam eter=
nam ꝓdest tamē
ei ad minus suppli
cium subeundum ·
so·ibi agit·de illis
qui ḋ bono zelo ⁊
si non secundum ꝯ
sciētiā martirium
subeunt·h' de illis
qui arroganter ·
quod h' inuitur ·
ibi velimus·
Non oportet·
bn̄dictiones·
·i·sacr̄a vl' dogm̄ta
vel h' dic̄ ironice·
i Bn̄dictiones·
·i·dogmata et p̄=
dicacōnes que ide
ꝯtis videntur bene
dictiones·vel bene
dictionum abusi=
ones·
k Orare ꝯ·de cō·
di·i·ep̄us nullam·
ꝯtra·so· illud anti
quum· istud quasi
cōsuetudine eccle
sie roboratum·

In eccia ·nec
rata·q̄ntū ad
hn̄dā rē sacri et li
citam executionē·
l In ꝓprietate·
·i·in vera fide in=
carnacōnis q̄ cre=
dam9 xp̄ianos deo
reconciliari nascē
do moriendo et re
surgēdo· vicesim a

non in superficie sed in medulla non
in sermonū folijs sed in radice rati
onis· Itē i epl'a q̄nta Ide eo
Vide quātū bonū est ca= dē
ritas si ita martiriū fecerim9
vt nr̄as velimus ab hominibus re=
liquias venerari· et si opinionē vul
gi sectātes intrepidi sangnē fude=
rim9 et s̄bam nr̄am vsq̧ ad mendi
citatē ꝓpriam dederimus huic opi
non tam p̄miū q̄ pena debetur·⁊ p
fidie magis tormēta sūt quā coro
na victorie· Itē ex ꝯci·laodicēsi·
hereticoꝝ benedictō maledictō ē
Non oportet h'eticoꝝ benedi
ctōnes accipe·qm̄ maledictō
nes sunt magis q̄ bn̄dictiones·
Item ex ꝯcilio martini pape·
Neq̧ cū h'eticis neq̧ cū scismaticis
Non liceat clericis orare licet
vel laicis ab h'eticis eulogias
accipe· q2 maledictōnes mag' sunt
q̄ bn̄dictiones· Neq̧ liceat cū he=
reticis aut scismaticis orare· Itē
leo ad anatholiū ꝯstantinop· ep̄m
Extra ecclesiam nō vera sacramen
In eccia dei que ta sūt· Rub·
corp9 xp̄i est· aliter nec rata
sūt sacerdotia nec vera sacrificia ni
si in ꝓprietate sue nature verus nos
pontifex recōciliet Itē leoni au
gusto Impiorū manibus diuina
sacramēta se subducunt· ru·
Manifestū est p crudelissimam
et nefandissimā vesaniā in alexandri=
na sede omne celestium sacroꝝ lu=
men extinctū· ⁊ intercepta ē sacri
ficij oblacō·defecit crismatis sācti
ficatio·⁊ parricidialib9 manib9 im
pioꝝ omnia sese subtraxere miste=
ria· Itē beatus martir ciprian9
in epl'a ꝯtra h'eticos Sacra ex
tra ecciam catholicā ministrari p̄nt·
salutem vero conferre non possunt·
Si quis inquit de eccia here·
tica p̄sūpcōe exierit a semet
ipo dānatus est·cū hm̄oi s̄m apl'm

nec cibū quidem sumere debemus·
Declaratur h' in libro regnoꝝ vbi
cum homo dei ad ieroboā missus es
set qui peccata sua exprobraret at
q̧ vltionē futurā p̄diceret panē a=
pud illū edere ⁊ aquā bibē ꝓhibi=
tus ē·Qd̄ cū nō custodiss; d̄ma sen
tentia inde rediens morsu leonis in
itinere interijt An deb; quisquā di
cere sacramētū salutare et gratiā
celestem cōmunē cū hereticis esse
posse·cū quibus nec terrestris cib9
nec secularis potus deb; esse ꝯuis·
Cōstat ergo oleū vn̄ baptizati vn
guntur sanctificari et eucaristiā fie
ri apud illos oino nō posse·vbi spes
nulla est ⁊ fides falsa· vbi omnia p
mendacium geruntur·Nam hereti
cus more simeaꝝ que cū hoies nō
sūt formā humanam imitātur·vul
tum eccie catholice ⁊ auctoritatem
sibi et veritatē vendicat cū ip̄e i ec
clesia non sit· benedicit cū sit a deo
maledictus·vitā pollicetur cum sit
mortuus·deū inuocat cū sit blasphe
mus sacerdotū administrat profa
nus·cōponit altare sacrilegus· ad
h' omia accedit et illud malū vt an
tistes diaboli eucaristiam facē au=
deat·cū nec sacrificari oblacō illic
possit vbi spūs sanctus non sit· nec
cuiq̄ dominus p eius p̄ces et orati
ones p̄sit qui deū ip̄e violauit· Si
enim qui ecciam violant·ethnici ⁊
publicani habentur·multomag' re=
belles ⁊ hostes falsa altaria ⁊ illici=
ta sacerdotia et sacrificia sacrilega
et omnia adulterina fingentes in=
ter ethnicos ⁊ publicanos nec̄e est
vt cōputētur ·quos oēs constat
a caritate atq̧ vnitate eccie catho
lice recessisse· Ergo omnia quecun
q̧ faciūt h'etici carnalia sūt ⁊ ina=
nia ⁊ falsa·ita ut nichil eoꝝ que il
li gesserint a nob' probari debeat ·
Nō statim suscipienda sunt et assu
menda que iactantur in xp̄i nomie

ꝓhibuit cū eis sumi· secundo auctoritate dn̄i qui ꝓhibuit abdo pro
phetaꝫ cum eis sumere cibū·tercō quia heretici more simee imaginē
tantū habēt sacroꝝ sed nō hn̄t vera sacr̄a· quarto q2 si mali qui sūt
in eccia post trinā ammonicōnem cōpantur ethnicis et publicanis vt
cum eis non sumamus cibū·multo fortius ipi heretici precisi quia non
tm̄ ipi puniūtur sed etiā ipsis fauentes et eoꝝ sacr̄is vtentes·quinto
auctē osee ꝓphe=
te dicentis· sacrifi
cia eoꝝ esse panē
luctus·
q Exierit·i·ege
rit ꝓpter qḋ mere
tur exire ⁊ dāna=
ri·ar·xxiiij· q· iij·
si quis non recto ·
r A semetipo ·
·i·p suū factū ca=
dēdo in hēsim iam
damnatā· vt ·iiij·
·q·v· c·i ꝯ· xxiiij·
·q·i·c·i·ij·et·iij·
s Dānatus ·id
ē ipse iniecit in se
excōmunicacōem·
t Ad ieroboā·
·viij·q·i·deniq̧ ·q̄
fecerat duo idola
et vnum posuerat
i bethel· aliḋ i dan
u Posse·q2 scili
cet effect9 siue res
sacramenti nō est
apud illos sed nec
veritas sacramēti
s̄m ciprianū· vt ꝯ·
·e·de cō·di·iiij·q°
modo·s·di· xxxij·
·§·verum·c·ad h'·
Sꝫ ꝯtra eū ē ꝯ·e·q·
·e·p isaiam· cōtra
·s·xix·di·secundū·
x p mendaciū ·
hic errauit cipri=
anus ꝓut dic̄ au=
gustinus · et eum
corrigit·xxxij·di·
·§·verum·et de ꝯ·
di·iiij· quomodo·
quidaꝫ tn̄ volunt
excusare eū q2 in=
tellexit h' de here
ticis qui formam
ecclesie nō tenēt ·
vel hoc verbum v
bi omnia per men
daciū ⁊c̄·eū excu=
sat·ar·de cōse·di·
·iiij·solꝫ queri·vel
h' dixit contra ip=
sos h'eticos quos
semp insequebat'
sicut et pelagius·
·xxiiij· q·i· scisma
⁊ fuit ibi excessus
veritatis·sicut ibi
de cōse· di· ij·ego
berengarius ·ma=
gis tamen credo
aug̀· qui dicit euꝫ
errasse·

y Non statim·
ar·q̄ nō omi ver=
bo doctrine credē=
dū ē ꝯ·xxiiij·q·i·aduocauit·s·di·ix·quicūq̧·Sꝫ ꝯtra·s·di·l·si q̄s ꝓpo=
stera ꝯ·xxiij·q·iiij·ille·et·q·v·miles·et·q·i·quid culpatur ꝯ· viij·q·i·
sciendū·ar·ꝯ·xi·q·iij·si quis ep̄us forte·et·c·non semp·et·c ·si domin9
·ar·h'·hinc ē ar·ꝯtra sigilla que non statim debent recipi·ar·extra ḋ
ꝓbac̄·c·iij·nam litere approbande sūt·ff·de ꝓcur̄·si ꝓcurator·ff·q̄
cuiusq̧ vini· Itē eoꝝ·§·q̄ si actor· non tn̄ sigillum reprobat̄ si nomen

tercia·di·q̄ episcopus· =mam·s·arrianā· Extictū vt·xx
Manifestū·p crudelissi= iiij·q·iij·resecāde· Intercepta·id
est prorsus quo a effectum consumpta·et ita dicit ouidius·maior in
fabula ranarum intercepta q̧ colla videntur·
Si quis· C·intendit ciprianus ꝓbare q̄ non debemus vti sacra/
mentis hereticoꝝ·p̄mo auctoritate apl'i qui cibum corporalem

auctoris non habet · extra de eo qui mit · in poſ · cū ſicut · in pte deciſa ·

a ❡ Separauerit · hic ē ar · ꝙ maritus ſciens ſe vxori in ꝓpinquo gradu ↄſanguineū licet in ꝓbando ↄſanguinitatē defecerit debꝫ abſtinere ab eius thoro etiā iubente epo ne abſtineat · ar · l · di · ſi quis prepoſtera Quid ergo ſi eū epus excommunicat · patienter ferat · nec curet cū non ligetur apud deum · vt · xi · q · iij · quoniam quid obeſt · ⁊ ꝫ · e · vt euidenter · p · h ·

ↄ̄ ꝓbatur⸗ ⸗tur · i · non ideo videntur q̄ ⁊c̄ ·

o ❡ Imperfectos · q̄ ·

n ❡ Nō viden⸗ nō ceperūt grām p illud baptiſma ·

p ❡ Qui tetigerit · tactu mentis · ex̄ de ſen · ex · nuper ·

q ❡ Damnati · id eſt dānacōis · vel auctoris iam damnati ·

r ❡ Ex eo · nō eſt racō h · quia ſunt quedā ſacra que iterantur · quedā que n̄ · vt vnctio infirmorum et dedicatio eccīaꝝ de ↄ · di · i · ſolēnitates ·

b ❡ Peccato · id ē ↄſenſu pcc̄i eorū · vij · q · i · § cū autē · et · xxiij · q · iiij · ita plane · et · c · ſi q̄s · a catholica ·

c Extra catholicam · id eſt ex̄ formā romane eccleſie ·

d ❡ Veri · racōne effectus ·

e Supueniēte · noctis · q̄tuor ſunt partes noctis conticinium · intēpeſte gallicinīū · antelucanum ·

f ❡ Percipet · quare in nccītate poſſit ab heretico baptiſmū ſuſcipere ⁊ non eucariſtiā · dixi racōnē · xxiij · q · i · ſi quē · § h illud

g Arianos · ſacerdotes dignos xp̄i honoribus non arbitramur · ſubaudi · non enim videntur clerici ⁊c̄ · quia eoꝝ laicoſ ⁊c̄ · q̄ſi dicat cum h ſit ↄ̄ laicis merito ſic dꝫ eſſe de clericis · ſi enim nō eſſent clerici ſimili forma recipe rentur · et ideo patet ꝙ ſūt digni eccleſiaſticis honoribus · et continuat h ca · cum fine illius · s · e · ſuperueniente · vel dic quia eoꝝ id ē ↄ̄quis · q̄ſi diceret · ↄ̄quis laicos eoꝝ ita ſuſcipiamus non tamē clerici ita ſuſcipiendi ſūt in honore

h ❡ Sub imagīe · imagīnē pn̄ie appellat publicā recōciliacōeꝫ · q̄ ſit p man⁹ impoſicōeꝫ ·

i ❡ Baptiſmate · qđ oferunt vel accipiūt · s · e · q · ſi q̄s confugerit ·

k ❡ Quoniā cū · h racō non videt᷑ ſufficiens ſed facias vim in hoc ꝙ dixit auctores eorum · nam tūc ſunt auctores eoꝝ cū et iſti et illi ſūt ex̄ eccleſiam · vel dic ꝙ ſufficiens eſt quo ad hoc ꝙ non poſſūnt cōferre de merito vite · xl · di · multi ·

l ❡ Perfectionē · i · ſanctitatē et officij executionem ·

m ❡ Quoꝝ · i · q̄ eoꝝ · ut ſit relatiuū cū cauſa · et ita p h p̄cedens le

ſed q̄ gerūtur in xp̄i veritate Quō enim pficere poſſunt aliqua q̄ agūtur · aut impetrare aliq̄d illicitiſ conatibꝫ a deo pn̄t qui ↄtra deum qđ eis nō licet moliūtur · Quare q̄ hereticis et ſciſmaticis patrocinātur cēſura diuina in eorū ꝓbantur facinore et penis · nō ſolū duces ⁊ auctores ſed etiā pticipes ↄ̄ſtinari · niſi ſe a ↄmunione malorū ſeparauerint p̄cipiente dn̄o per moyſen · Separamini a tabernaculis hoim iſtorum duriſſimorū et nolite tangē de omnibꝫ que ſūt in eis ne ſimul pereatis in pcc̄is eorum · ⁊ ꝙ ↄminatus dominus p moyſen fuerat impleuit vt quiſquis ſe a chore et dathan et abiron nō ſeparaſſꝫ penaſ ſtatim p impia ↄūione ſolueret · ſicut etiā p oſee ꝓpham ſpūs ſanctus teſtatur dicens · Sacrificia eorū tāq̄ panis luctus om̄es qui mādu cant ea contaminabūtur · docenſ ſcilicet ⁊ oſtēdens omnes om̄ino cū auctoribꝫ et fautoribꝫ ſuis ſupplicō ↄiūgi q̄ fuerunt pcc̄o eorū ↄtaminati · ❡ Itē auguſtinus

**Vera ſacrificia non niſi in fide eccleſie celebrantur · Ru ·**

Extra catholicā eccleſiā non ē locus veri ſacrificij ❡ Item gregorius in tercio libro dyalogorū ait de ermiuigildo rege leouigilli filio

**De manu hereticorum communio non eſt accipienda ·**

Superueniente paſchalis feſtiuitatis die in tempeſte noctis ſilentio ad eum pater perfidus arrianū epm miſit vt ex eius manu ſacrilege ↄſecrationis ↄūionē percipet atq̄ p hoc ad pr̄is grām redire merētur · ſꝫ vir deo dedit⁹ arriāo epo venienti exprobrauit ut debuit · eiuſq̄ a ſe pfidiam dignis increpationibꝫ repulit · ❡ Itē innocentius capitulo · vij ·

**Sacdotes hereticorū xp̄i honoribꝫ non digni habentur ·**

